a 1522 ad 1533 = 251 Ar. 170

Petrus Tomicki, Severino Boner.

139

Generose domine amice noster charissime. Questus est nobis cocus hic servitor noster iniuriam sibi fieri à civibus suis in Kleparz. Mensores enim arearum constitutos dicit sibi in emetiendo conari adimere non modicam areæ ad se iuste et legitime pertinentis partem. Quod cum iniquum esset in quemvis vel vilissimū et contemnendum committi; certe huic homini et servitori nostro inferri indignum nos arbitramur. Quare rogamus vos plurimum ut in iusta causa eundem servitorem nostrum adiuvetis, et ad locum illum ubi est illius area descendatis, vel aliquem nomine vestro mittatis, ut cognosci et apparere possit, quo termino area eius nostri servitoris circumscribi iuste debeat. Facietis enim rem officio et æquitate vestra dignam, nobis vero supra modum gratam. Bene et feliciter valeatis cum omnibus his quos charissimos habetis. Datum